

*53. Instrumentum processus per
la esecuzione del testamento
di Raimondo de Raimondo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*53. Instrumentum processus per
la esecuzione del testamento
di Raimondo de Raimondo*

1354-07-30

(c. 184v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate millesimo tercentesimo <sic> quinquagesimo quartto <sic>, regnantibus dominis nostris domino Ludovico et domina Iohanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Fonalchieriis ac Pedimontis comitibus, regnorum vero ditti domini nostri regis anno sexto et preditta domina nostra Ioanna regina anno duodecimo feliciter amen, die penultimo mensis iulii, septime inditionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos Nicolaus de notario Andrea <annalis> iudex civitatis Putentie <sic>, Angelus de S(a)ntopatri publicus eiusdem civitatis Putentie <sic> <notarius> et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus et testando fatemur quod ad petitionem et presentiam discreti viri abbatis Bernardi de Episcopo, clerici et canonici maioris ecclesie Potentine et procuratoris ipsius maioris ecclesie, clericorum, canonicorum et capituli Potentini, nobis accersitis ad palatium novu(m) ditte maioris ecclesie Potentine, ad presentiam reverendi in Christo patris domini et domini Iohannis, Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini, qui quidem dominus episcopus pro tribunali sedens, et publice legi fecit subscriptum processum tenoris et continentie subsequenter: Processus sumarius aliquid <sic> ac fattus in episcopali curia Potentina per reverendum in Christo patris et domini Ioannis, // (c. 185r) Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini, cuius testamenti seu ultime voluntatis quondam magistri Raimundi de Raimundo de Potentia, ad inquisitionem Forcalquerii

et notificationem et declarationem ipsius ipsius <sic> testamenti seu ultime voluntatis ac legatorum fidei commissorum per ipsum magistrum Raimundum, in sua ultima voluntate, roboratorum et ordinatorum, inceptis et prosequitis ut supra ad petitionem et instantiam providi viri abbatis Bernardi de Episcopo de eadem terra Potentie, procuratoris et procuratorio nomine maioris ecclesie, canonicorum, clericorum et capituli Potentini, continens omnia et singula atta infrascripta pro c(aus)a huiusmodi et ipsius fie[r]i necessaria, assumpto pro benefactor(um) <sic>, not(atus) fuit pro parte huiusmodi in scriptis redigendis. Nos Angelus de Bonopane de Potentia puplico ipsius t(em)pus uniatur par(iter) notarius particular(iter) infra notantur <sic> <quod> die septimo mensis iulii, septime indictionis, Potentie, apud atta episcopalis curie predictus dominus abbas Bernardus quasdam scripturas petitionem suam, quo supra nomine, <super> testamentum seu ultimam voluntatem ditti magistri Raimundi et nonnullas p(rop)ositiones et articulos continent(es) dedit, petens cum instantia per ipsum dominum episcopum et suos successores ad contenta in petitio, quam petitionibus et articulis suis, pro declaranda satisfatione et inquisitione ac satisfatione infrascripti testamenti seu ultime voluntatis ditti magistri Raimundi sumarie procedi, ut deinde fieri possit et debet. Que recepta et admissa fuit si et in quantum de iure recipi et ad nostram petitionem et deb(e)t et tenor petitionis, prepositionum et articulorum per dittum procuratorem, quo supra nomine, oblatores ac testamentis seu ultime voluntatis ditti magistri Raimundi talis est: coram vobis reverendo in Christo pater <sic> et d(o)mino et dominorum <sic> Dei et apostolice Sedis gratia episcopo Potentino, abbas Bernardus de

Episcopo de Potentia procurator procuratorio nomine maioris ecclesie, capituli et clericorum seu squotuorum Potentin(orum) / dicens, exponens narrat quod dittus magister Raimundus de Raimundo de ditta terra Potentie discessit et mortus fuit et etiam iam sunt plures et plures anni et suum testamentum condidit // (c. 185v) seu ultimam voluntatem; in quo quidem testamento seu ultima voluntate quamplura legata relinquit pro anima sua et maxime ipsi ecclesie pecunie et pluribus aliis presbiteris et aliis prout in ipso testamento seu eius ultima voluntate, que inferius sequitur, plenius continetur; et heredes in ipso testamento seu ultima voluntate nominat(i), et et(iam) epitropi per dittum Raimundum dati, cessaverunt et cessant dittum testamentum seu ultimam voluntatem testatoris prefati exequutioni mandare; et cum iam sunt elapsi plures anni a morte Raimundi preditti et ad vos domine episcope, secundum quod iura mandant, dari placeat quod secundum de iure renemini et debenti. Quod quidem testamenti seu ultime voluntatis tenor infra in hac forma: (si veda doc. n. 48). Et dominus procurator, procuratorio nomine quo supra, ad probationem testamenti seu ultime voluntatis preditti magistri Raimundi ponit et probare intendit capitula infrascripta; in primis quod dominus magister Raimundus invenimus est verus sanus mente, [.....] testamentum seu ultimam voluntatem fecit et ordinavit // (c. 187v) volens quod post mortem suam de suis bonis questio seu discordia nasceretur; quod iam sunt quinque anni elapsi et ultra quod dittus magister Raimundus decessit et mortus fuit et est, itaque dopna Iohanna, uxor ditti magistri Raimundi, timens eventum mortis, infirma corpore sana tamen mente, voluit et mandavit quod domus site in parrochia Santi Nizardi,

quas pro indiviso habet cum dopna Iohanna <sic> sorore
 sua, iuxta domos Leonardi de Madio, nec non ditti
 dopni Francisci de Madio archipresbiteri Potentini, viam
 publicam et alios, darent et assignarent iacono Nicolao
 filio suo et, post mortem ipsius iaconi Nicolai, darentur
 imperpetuum et assignentur uni clerico Santi Liczardi /
 ut orent et oret Deum pro anima sua; item quod voluit
 et mandavit ditta dopna Iohanna quod de aliis suis bonis
 do(mi)nus magister Raimundus vir suus qui s(upra)
 vivebat et super vixit ipsi sue uxori disponent(u)rum
 in ultima voluntate sua secundum sue beneplacitum
 voluntatis pro anima sua; item quod dicta domina
 Iohanna post hec mortua fuit et est ac supervivent ad nos
 iacono Nicolao filio suo et magistro Raimundo marito
 suo, item quod dominus iaconus et magister Raimundus
 qui sibi superviventur ditto magistro Raimundo patri
 suo; item quod dittus magister Raimundus marito <sic>
 ditte donne Iohanna, uxor ditti magistri Raimundi, et
 in sua ultima voluntate ut supra faciat et disponet et
 ordinavit de bonis suis etiam donne Iohanne uxoris sue
 secundum quod ipsi volunt legando et relinquendo legata
 seu fidei comissa ut supra in testamento subscripto
 seu ultima voluntate plenius et serius (co)ntinet(ur);
 item quod dominus magister Raimundus legavit ad pias
 causas et alia legata fatta pro subscripto testamento seu
 ultima voluntate, sanus mente, legata et relinquenda
 ut ipso testamento seu ultima voluntate sua plenius
 continetur; item quod heredes et preditti epitropi //
 (c. 188r) in testamento predicto seu ultima voluntate
 dati a magistro Raimundo predicto cessaverunt et
 nunc cessant adimplere voluntatem ultimam magistri
 Raimundi predicti, non solvendo legata et fidei comissa
 in ipso testamento seu ultima voluntate, tandem dominus

procurator procuratorio nomine continetur <sic>; item quod heredes preditti et capituli prenominatorum cautelam in testamento predicto seu ultima voluntate possit aliquid opponi et obici propter quod diutius non debere fieri executionem dicti testamenti seu ultime voluntatis per vos dominum episcopum predictum possit et probare intendit omnia contenta in testamento predicto se nomine quibus supra ad sui [...] et successorum suorum et relitta et legata per dictum magistrum Raimundum, volens ipse magister Raimundus et mandans quod exequutio fiet per epitropos et quilibet ipsorum per ipsum magistrum Raymundum specialiter nominatos et datos, quod vos domine episcopo dar(e) per dictum testamentum iure testamenti non valebit voluitque voluntat(e) fuisse et esse dispositio valet quia ipse magister Raimundus sic voluit fieri et mandavit legata persolvi ipsam ultimam voluntatem, magnam quam <sic> ad legata et fidei conmissa debet solvere et mandare persolvi [.....] et secundum formam iurium ac sacrat(orum), constitutionum et canonum, quod etiam saltem iure codicillorum seu ultime voluntatis valet quia ipse magister Raimundus sic voluit fieri et mandavit legata persolvi ipsam ultimam voluntatem maxime quia quecumque ad legata et fidei conmissa debetur solvere et mandare persolvi et secundum formam iurium ac statutorum, constitutionum et canonum. De quidem suprascripta dominus procurator, procuratorio nomine quibus supra, ponit et probare intendit in quantum et pro eo faciunt non se astringer(e) ad alia quem suam non habebant relevare(e), nec ad omnia subscripta nec que sibi expediunt et sufficiunt ad probandum quod per vos domine episcopo fieri debeat exequutio de predictis nec etiam superius et

quantum salvis aliis suo loco et tempore ponendis et probandis, // (c. 188v) inducendis et allegandis de quibus protestatur. Testes autem per quos dominus procurator, procuratorio nomine quibus supra, preditta probare vult et intendit sunt hii videlicet: magister Clarandus de Carruba phisicus, dopnus Andreas de notario Andrea, dopnus Princeps albericus Sante Trinitatis, donnus Nicolaus de Stuczula, Leonardus de Onutia, Antonius de Balba, Francesca uxor Po(m)pey Fullerre et Angelina uxor Gregorii de Balzama de Potentia. Die septimo de prefato mense iulii, septime indictionis, mandatum est per dominum episcopum et decretum iacono Vito, iurato curie, quod peremptorie citet infrascriptos secundum formam infrascripte citationis curie, <cuius> tenor talis est: die septimo mensis iulii, septime indictionis, terra Potentie, mandatum est etiam per dittum dominum episcopum Potentinum eidem domino diacono Vito, iurato curie, qua peremptorie citet Francescam, Isaldam et Angelinam filias et heredes quondam magistri Raymundi de Raymundo de eadem civitate Potentie ac in eadem archi(episcopa)li <sic> curia et [Batholomemum] de magistro, sutorem Petrum <sic> Iacobelli filii sui, heredis ditti magistri Raimundi ac alios vel alias qui vel que in hereditate ipsius magistri Raimundi quatenus quoquomodo pretendunt vel pretendere possent, q(uate)n(us) post citationem suam compareant in ditta archiepiscopali <sic> curia Potentina coram eodem domino episcopo, hora causarum; qui idem dominus episcopus ad nostram deponendum pro tribunali sedebat responsuri <sic> in ipsa curia super tenorem cuiusdam petitionis ac nonnullorum articulorum, nec non tenorem cuiusdam testamenti seu ultime voluntatis fatti seu ordinati, ut dicitur,

per dittum magistrum Raimundum, oblatorum eidem domino episcopo et apud atta curie per abbatem Bernardum de Episcopo, procuratorem procuratorio nomine maioris ecclesie, canonicorum, clericorum et [.....] Potentine adeoque procedetur super hiis prout debitum fuerit, ipsorum absentia non obstante, et quod refereat omnia quicquid super hiis fatta, verbo vel in scriptis. Eodem die dittus // (c. 189r) nuptius retulit apud atta ditte curie se citasse subscriptos heredes, die septimo, videlicet Francescam et Angelinam personaliter [.....], Ysoldam, iudicorum <sic> Bartholomeum et alios ut supra propter eorum absentiam ac dicta civitate Potentie in platea publica ipsius civitatis Potentie, ubi ipsi citatini Potentini marcent, presentibus infrascriptis testibus ad hoc specialiter recte adhibitis, videlicet dopno Demede Franoso et diacono Iohannotto de Carruba, Clemens de Potentia; et omnino veniente videlicet die ultimo dicti mensis iulii, septime inditionis, in iudicio notarius Angelus de Andriano de Potentia nomine et pro parte Trisalde uxoris sue, filie et heredis dicti magistri Raymundi et Francesca uxor Rogerii Fullerie, filia et heres dicti magistri Raimundi, comparuerunt quibus in contumaciam iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendendum in hereditate dicti magistri Raimundi non comparentium, similis petitio tenoris testamenti seu ultime voluntatis et articulorum sive capitulorum continent(ur) oblata sunt eundem dominum episcopum et eadem cur(ia) aliis animo in iudicio vocatorum et non comparentium, ut supra, fuit per dittum procuratorem quibus supra nomine contumaciam accusatam et, habita pro accusata, per curiam ipsam, eodem die ibidem datum est terminum peremptorie dictis notario Angelo, nomine Isalde uxoris sue, et aliorum conventuu(m)

<sic> oblata fuit per ipsum dominum episcopum et eadem cur(ia), in contumacia ditti iudicis Bartholomei tutoris Iacobelli filii sui et hered(um) ditti magistri Raimundi et iusque q(ua)ndo <sic> pretendunt in hereditate preditta ad respondendum super tenorem petitionis testamenti seu ultime voluntatis ipsius magistri Raimundi et aliorum suorum capitulorum allegatorum / in iudicio, ut supra, per dictum abbatem Vernardum procuratorem, nominibus quibus supra, per totum quartum decimum diem mensis iulii, eiusdem septime indictionis, hora causarum. // (c. 189v) Quam <sic> idem dominus episcopus ad horam residentemque pro tribunali sedebitur, fuit etiam perhemptorie constitut(ur) <sic> termino veniente, videlicet quartodecimo ditti mensis iulii, ditta septima inditione et apud attas ditte apostolicis <sic> curie Francesca et Angelina, filie et heredes ditti magistri Raimundi prefati, in iudicio comparuerunt et prestito per eas de veritate dicenda, in manibus ditti domini episcopi, corporalia iuramenta, interrogate fuerunt super tenorem ditti presentis testamenti seu ultime voluntatis ditti magistri Raymundi et articulorum sive capitulorum allegatorum per procuratorem prefatum, eis particulariter lecto et divulgato et specialiter ab ea lecto ubi incipit «die decimo» sequitur usque ad [finem] ubi dicitur «adiectioni mandentur, disposuerunt et fecerunt» ac dicunt omnia et singula, prout posita sunt, particulariter seu generaliter vera fuisse et esse; interrogate de causa scientie dixerunt quia audiverunt, viderunt et presentes fuerunt ad omnia et singula in ipso testamento seu ultima voluntate contenta, dittata et ordinata, legata et disposita fuerunt per magistrum Raimundum prefatum preter <sic> omnia et singula prout posita sunt

particulariter et continetur in testamento super primo articulo sive capitulo, secundo, tertio et quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo et undecimo et aliis capitulis sive articulis fatentur generaliter et particulariter vera fuisse et esse omnia et singula in eis contenta prout posita sunt. In eodem die ibidem dominus abbas Bernardus procurator, nominibus quibus supra, dittorum Isoldarum <sic>, iudicis Bartholomei tutoris et aliorum ius pretendendum in hereditate diti magistri Raymundi per iudicem vocatorum et non comparentium contumaciam accusavit et, habita pro accusata, predittam curiam <sic> eodem die ibidem datum est terminum peremptorie ditto abbati Bernardo procuratori, nominibus quibus supra presenti in iudicio et // (c. 190r) recipienti terminum ipsum, ad probandum intentionem suam usque per viam decretatione(m) <sic>, diem <sic> eiusdem mensis iulii, septime inditionis veniend(o) ad curiam et cum ulteriora procedendo in huiusmodi causa prout de iure fuerit procedendum. Die decimo septimo mensis iulii dicte septime inditionis, mandatum est per dictum dominum episcopum et eius succ(essores) diacono Vito ut citetur infrascriptos testes iuxta formam que sequitur; citatio testium: die decimo septimo mensis iulii, septime inditionis, Potentie, mandatum est per dominum episcopum et dictam curiam diacono Vito, iurato curie, quod peremptorie citet sub pena excommunicationis infrascriptos testes quatinus, sequenti die post citationem suam, compareant coram eodem domino episcopo et sua curia deposituri super tenorem cuiusdam petitionis testamenti seu ultime voluntatis magistri Raimundi de Raymundo de Potentia et nonnullorum articulorum sive capitulorum oblatores in dicta curia per abbatem Bernardum de

Episcopo procuratorem, procuratorio nomine maioris ecclesie, clericorum, canonicorum et capituli Potentini <in> testimonium veritatis et quod refereat in eadem curia de hiis quicquid fuerit, verbo vel in scriptis; nomina citandorum testium sunt videlicet: magister Girardus de Carruba phisicus, dopnus Andrea de notario Andrea, dopnus Princeps clericus Sante Trinitatis, dopnus Nicolaus de Farzulo, Lizardus de Anima et Antonius de Balba de Potentia et nichilominus quod requira(n)t et citentur Isoldam filiam et heredem ditti magistri Raimundi, iudicem Bartholomeum Vardenam <sic> de Marsico curator[em] Iacobelli filii sui et heredis ditti magistri Raimundi et si quos alios ius pretendentes pro hereditate prefati magistri Raimundi, ut p(re)dict)a die compareant in dicta curia ad videndum ipsorum testium iuramenta. Eodem die dittus nuptius retulit apud atta curie se citasse subscriptos testes p(ersonalite)r [.....]q et forma premissis et dittos Isoldam, iudicem Bartholomeum tutorem et filios et heredes quoquomodo pretend(en)tes, p(ro)p(te)r eorum absentiam, <in> plathea publica ditte civitatis Potentie requisivisse et citasse // (c. 190v) suprascriptos, for(m)a <sic> ubi erat multitudo hominum utriusque sexus ditte civitatis; promulgata que intimatio, veniente vid(elicet) die decimo octavo ditti mensis iulii, ditte inditionis in iudicio, ditti testes citatos in iudicio prius vocati qual(ite)r comparuerunt et in contumaciam dittorum Isolde, iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendentium in ditta hereditate in iudicio vocatorum et non comparentium quibus fuit per dittum abbatem Bernardum procuratorem, quibus qui supra nomine, contumaciam accusata, iuraverunt ad santa Dei evangelia dicere veritatem. Eodem die ibidem ditti testes examinati fuerunt per ipsam curiam semotim

et in secreto, ut moris est, super tenorem petitionis testamentorum seu ultime voluntatis et articulorum sive capitulorum oblatorum ut supra per dittum abbatem Bernardum procuratorem; qui deposuerunt particulariter ut sequitur infrascripta: dopnus Andreas de notario Andrea iuratus, protestatus et interrogatus super tenorem ditti testamenti seu ultime voluntatis sibi particulariter letta et promulgata, divulgata <sic> a principio usque ad finem prout generaliter et particulariter prefixa sunt, dixit vera esse; interrogatus de loco et tempore dixit ut supra; in eodem continetur <sic>, interrogatus de causa scientie, dixit quod audivit, vidit et presens fuit; interrogatus super primo articulo qui forcipit <sic> «in primis quod dittus magister Raimundus etc» dixit vera esse contenta in eo; interrogatus super secundo «quod ius ponit quod iam sunt»a et ultra, dixit vera esse contenta in eo; interrogatus super tertio qui incipit verba «quod dopna Iohanna» <dixit> quod audiat <sic> de ore ditti magistri Raimundi tantum contenta in eo; interrogatus super quarto quod incipit «item voluit» dixit ex ore proprio audivit ut supra; proxime interrogatus super quarto prout penitus super ottavo et nono articulis dixit vera esse contenta in eis; interrogatus super decimo et ultimo dixit et deposuit; interrogatus de causa scientie dixit quod audivit omnia et presens fuit. Dopnus Nicolaus de Farulo de Potentia <iuratus> et interrogatus super tenorem ditti testamenti seu // (c. 191r) voluntatis hec petitio et particulariter divulgata ac tenorem articulorum, particulariter dixit per omnia ut dopnus Andreas superior testis, interrogatus super primo, secundo, tertio et ita quinto, sexto, septimo, octavo, nono articulis sive capitulis dixit vera fuisse et esse ut in eis continet(ur); interrogatus de causa

scientie, dixit ut dopnus Andreas. Dopnus Princeps testis interrogatus et interrogatus super tenorem ditti testamenti seu ultime voluntatis supra ditto particulariter letto et divulgato dixit per omnia ut dopnus Andreas primus testis, interrogatus super primo et aliis articulis sive capitulis particulariter dixit per omnia ut dittus dopnus Andreas, exceptis super tertio et quarto, dixit se non recordari; interrogatus de causa scientie, dixit ut idem dopnus Andreas. Et magister Nardus testis iuratus et interrogatus super tenorem ditti testamenti seu ultime voluntatis et articulorum et capitulorum dixit per omnia ut dopnus Andreas et primus testis, exceptis supradictis particulariter dixit per omnia ut dictus dopnus Andreas exceptis super tertio et quarto dixit se non recordari; interrogatus de causa scientie dixit ut idem dopnus Andreas et magister Nardus testis iuratus interrogatus super tenorem dicti testamenti seu ultime voluntatis et articulorum et capitulorum dixit per omnia ut dopnus Andreas et primus testis exceptis supradictis particulriter dixit per omnia ut dictus dopnus Andreas «sic uxor mea etc» qui dixit se non recordari; et interrogatus de causa scientie dixit ut dopnus Andreas et prefatus primus testis. Die vicesimo primo ditti mensis iulii, ditte indictionis mandatum est per dittum dominum episcopum et eius curiam ditto diacono Vito ut citet infrascriptos heredes ut sequentis tenoris citationis predicto die supra uno legato quod incipit «item volo, lego et comando» quod est per dominum episcopum Potentinum et eius curie diacono Vito iacono etiam quod peremptorie citetur Isoldam // (c. 191v) filiam ditti magistri Raimundi de Raimundo de Potentia, iudicem Bartholomeum [.....] de Massica tutorem Iacobelli filii sui et heredis ditti magistri Raimundi et contra quoscumque alios

ius pretendentes in hereditate ditti magistri Raimundi qua(m) in iudicio post citationem suam compareant in ditta curia coram predicto domino episcopo et audiendi et faciendi, videndi <sic> publicationem testium et acceptationem ipsorum testium receptorum per ipsam curiam et produceretur pro parte abbatis Bernardi de Epicopo procuratoris ecclesie maioris, clericorum, canonicorum et aliorum [.....] ipsorum nomine, super tenorem petitionis testamenti sive ultime voluntatis ditti magistri Raimundi et nonnullorum articulorum sive capitulorum oblatores apud atta ditte curie quo supra nomine <per> procuratorem prefatum et alias procedendi in causa ipsa prout de iure fieri procedendum, petit quod refereat eandem curiam quicquid fuerit super hiis, verbo vel in scriptis. Eodem die dittus nuptius retulit apud atta ditte curie intimasse predictos heredes in plathea puplica ditte civitatis Potentie ubi congregata erat ipsam <sic> utriusque sexus transeundo <sic> ipsius civitatis pro eo quod personaliter propter eorum absentiam inveniri non poterit secundum tenorem et formam predictis que intimatio venient vidi, die vicesimo ditti mensis iulii, eiusdem inditionis, in iudicio dominus abbas Bernardus procurator prefatus quibus supra nomine p(ersonalite)r constitutus subscriptia Isolie, iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendendum in ditta lite citatorum in iudicio vocatorum et non comparentium contumaciam accusavit et fuit per ipsam curiam habita pro accusata; eodem die ibidem dominus abbas Bernardus procurator predictus nomine quibus supra ac(ten)to prius prius <sic> de veritate dicenda tam particulariter iuramenta, in contumaciam dittarum Isolde, iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendendum in ditta hereditate in iudicio ut pronuntiatur vocatorum et non comparentium,

int(errogati) super tenorem ditte petitionis testamenti seu ultime voluntatis et articulorum sive capitulorum per eum apud atta ditte curie ubi // (c. 192r) fuerunt et sunt ac sic vera esset et fuisset ditta prout particulariter et generaliter per eum posita sunt, fuisse et esse vera et sint, fuissent ordinata, atta, legata et ditta que dittum magistrum Raimundum in ultimea vitae suae eodem die ibidem in contumacia dittorum heredum seu ius pretendendum in ditta hereditate, presente ibidem ditto abbate Bernardo procuratore, nomine quibus supra, fatta est publicatio testium et testationum et datum est peremptorie terminum per ipsam curiam utrique parti ad recipiendum copiam contestationum et totius processus veniendo ad curiam et procedendo in ea ipsa prout de iure fuerit, usque et per totum vicesimum quartum diem ditti mensis inditione prefata. Quo termino veniente, die vicesimo quarto ditti mensis iulii, ditte septime inditionis iu iudicio dominus abbas Bernardus procurator prefatus quo supra nomine p(ersonalite)r constitutus dittorum Isolde, iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendendum in ditta hereditate in iudicio vocatorum et non comparentium contumaciam accusavit et in eorum contumaciam, datus est terminum peremptorie utrique parti ad deponendum, triplicandum et replicandum allegandumque et dispuntandum contra eos super tenorem petitionis testamenti seu ultime voluntatis et articulorum sive capitulorum acceptationum ac etiam causam subscriptam quicquid opponere et replicare et allegare et disputare voluerint et de iure possunt et anterior(um) procedendo prout de iure fuerit usque per totum vicesimum quartum diem ditti mensis iulii, septime indictionis prefate. Quo termino veniente, die vicesimo sexto ditti mensis iulii, ditte septime

indictionis, dominus abbas Bernardus in iudicio p(ersonalite)r contitutus, procuratorio nomine quibus supra, dittorum Isolde, iudicis Bartholomei tutoris et aliorum ius pretendendum in ditta hora citatotum, in iudicio vocatorum et non conparentium contumatiam accusavit et fuit per ipsam curiam habita pro accusata eodem die ibidem; ideoque dominus abbas Bernardus in contumaciam predittorum Isolde, iudicis Bartholomei et aliorum ius pretendendum in ditta hereditate in ditta causa concludit et renuntiavit et petiit quod dittum dominum episcopum nichilominus et pronuntiari iuxta petita per eum in quantum de iure fuit et posse. Eodem die in contumaciam predittorum Isolde, iudicis // (c. 192v) Bartholomei et aliorum ius pretendendum in ditta hereditate, presente ditto abbate Bernardo procuratore, datum terminum peremptorie per dittum dominum episcopum et de curia utrique parti ad audiendum interloquutoriam pronuntiationem in ditta causa et voluntatem ditti domini episcopi proferenda usque etiam per totum diem mensis penultimi diem mensis iulii ditte septime indictionis, hora causarum, qui idem dominus episcopus ad iura reddendum pro tribunali sedebitur, die vicesimo octavo ditti mensis iulii ditte septime indictionis, Potentie, mandatum est per dittum dominum episcopum et eius curie diacono Vito ut perhemptorie citetur infrascriptos iuxta formam que sequitur. Tenor ditte citationis: die vicesimo octavo menisis iulii, septime indictionis, Potentie; mandatum est per dittum episcopum Potentinum et eius curie diacono Vito, iurato curie, quod perhemptorie citet abbatem Bernardum de Episcopo procuratorem maioris ecclesie, clericorum, canonicorum et capituli Potentini, Francescam, Angelinam et Isoldam filias et heredes

quondam magistri Raimundi de Raimundo, iudicem Bartholomeum de terra de Marsico tutorem Iacobelli filii sui et heredis magistri Raimundi ac quoscumque ius in hereditate ditti magistri Raimundi quoquomodo pretendent(es), quod die mercurii penultimo eodem mense iulii legitime compareant in ditta archiepiscopali <sic> curia coram predicto domino episcopo audituri loquutoriam pronuntiationem et voluntatem ditti domini episcopi promulgandas in causa sumarie agitata et mota in eadem curia et coram ditto domino episcopo ad petitionem ditti abbatis Bernardi procuratoris, procuratorio et nominibus quibus supra, super et de testamento seu ultima voluntate dicti magistri Raimundi ipsiusque [.....] alioquin ad promulgationem dittos Isoldam, iudicem Bartholomeum tutorem et alios quoscumque ius quo et quando pretenderetur in hereditate ditti magistri Raimundi propter eorum absentiam in plathea puplica ditte civitatis Potentine, ubi erat hominum utriusque sexus multitudo ipsius civitatis congregatia iuxta tenorem et formam predittis <sic>, die mercurii penultimo ditti mensis iulii, ditte septime inditionis Potentie, iu iudicio dominus iudex Bartholomeus nomine et pro parte Iacobelli filii sui et heredis ditti quondam magistri Raimundi et Francesca, filios et heredes eidem <sic> magistri Raimundi personaliter comparuerunt, idem iudex Bartholomeus procurator procuratorio nomine, Isolde et / Angeline filiarum et heredum ditti quondam magistri Raimundi, presente abbate Bernardo procuratore prefato, nominibus quibus supra et petent(e) per dittum dominum episcopum interloq(ui) iuxta petita per eum; qui dominus episcopus pro tribunali sedens // (c. 193r) pronuntiavit, declaravit et interloquutum fuit introscriptas

prout sequitur: Nos igitur Iohannes episcopus memorie cause menti *<sic>* habitaque plurimorum tenor testamenti seu ultime voluntatis et articulorum sive capitulorum prescriptorum per venerabilem abbatem Bernardum procuratorem, nominibus quibus supra, oblatorum apud atta curie nostre, prefatorum testium acceptationibus, allegationibus et aliis per dictum procuratorem coram nobis productorum et allegatorum totiusque testamenti seu ultime voluntatis nam et quacumque stipulatione sapientium consilio pro tribunali sedenti declaratura et nunc loquendo [interloquendo] pronuntiamus nos fuisse et esse in huiusmodi causa in iudicio competenti maxime quia testamentaria causa et testamentum prefatum seu ultime voluntatis exequutio in defectu heredum et successorum ipsius testamenti seu ultime voluntatis etiam quodcumque testamentum seu ultime voluntatis infra annum, cum iam sit annus elapsus, cum nos pertinuisse et pertinere de iure ipsaque exequutio per nos fieri debere et non per alios heredes que in dicto testamento nominatos et epitropos datos ad dictam executionem decerni non esse aliquando admissuros». Quo quidem abbas Bernardus procurator nominibus quibus supra nos subscriptorum iudicem, notarium et infrascriptos testes cum instantia requisivit et rogavit ut publicationem dicti processus et promulgationem ditte interloquatorie cum instantia, forma iuris predicti processus in formam publicam reddigeremus; nos autem ad requisitionem et rogatum dicti abbatis Bernardi procuratoris cum non possumus nemini denegare officium quod est publicum dictum processum ut pronuntiatur publicatu prescripta interloquatoria continentem, ad futuram memoriam et certitudinem dictique abbatis Bernardi procuratoris quibus supra

nomine et omnium quorum interest et interesse poterit cautelam in hanc publicam formam redigeretur et per manus ipsius predicti notarii confectum est hoc presens publicum instrumentum pontificali et pendenti sigillo ac subscriptione preditti domini episcopi Potentini communitum, signum et subscriptionem mei predicti iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Scripsi ego idem Angelus de Bonopane publicus civitatis Potentiarum <sic> quia predittis omnibus rogatus interfui et meo solito signo // (c. 193v) signavi et superius in vicesima octava lineamenta mentiones <sic> sex et item ubi est tale signum «?» debet esse quod sequitur videlicet: item magistri Ullani vineam unam que fuit Iohannis Rubei et medietatem terre que fuit quondam iudicis preditti Galienti; item lego Francesce vineam unam et mediam; item lego Isolde titulo donationis uncias duas et carlenos quindecim et ex parte matris sue, uxoris mee unam pro <Angelo de> Andriano vir suus; item lego Angeline filiabus <sic> meis predittis medietatem terrarum mearum que sunt in contrata Totam medietatem casalini quod est in Castro Veteri, medietatem orti qui est in Castro Veteri et in pecunia unciam unam; item lego heredibus ditte quondam Florie pecuniam dare tenetur pater ipsius heredibus pro actis <sic> suis negotiis quoslibet [...] quod non obmisit vitio sed errore, unde pro autentico habeatur unde ut supradittum.

2

3

Così S per Bonopari (da docc. coevi)
(da docc. coevi) instantiam

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

Giovanni (*Ioannes*) fu vescovo di Potenza dal 1351 al 1364 (Gams, *Series episcoporum*, p. 913; Eubel, *Hierarchia catholica*, I, p. 407; Colangelo, *Cronotassi dei vescovi*, p. 229).

Così S per inceptus et prosequutus

*Così S per puplicus eiusdem civitatis Potentie piuttosto che
puplico - pariter*

Così S per ostendit

Così S per admitti potest et piuttosto che ad - et

Così S per canonicorum

Così S per Potentine

Così S, chi scrive non riesce a emendare

Così S per nolens

Così S per Gerardi

Così S per Gerardi

Così S per? donec

Dubito della lettura

22

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

Periodi ovvero sintagmi poco chiari per via di probabili errori di trascrizione e di concordanza

Dubito della lettura, lemma nel margine

Periodi ovvero sintagmi poco chiari per via di probabili errori di trascrizione e di concordanza

Così S per statutorum

Così S per que

Così S qui, in seguito Girardus

Così S per clericus

Così S per tutorem

Così S per ad iura reddendum

Così S per in

Così S per Ysolde

similis - animo sintagma poco chiaro per via di probabili errori di trascrizione e di concordanza

Così S per sibi particulariter lectum et divulgatum piuttosto che hec - divulgata

30

31

32

Ego Nicolaus de notario Andrea iudex qui supra
Potentinus qui supra Ego abbas Franciscus de Odidio
archipresbiter Potentinus interfui Ego presbiter Angelus
de Diano archipresbiter Santi Michaelis testis interfui
Ego presbiter Nicolaus de Cordoba canonicus Potentinus
testis interfui Ego presbiter Nicolaus Cavatus interfui
Ego dopnus Ioannes de Umea cappellanus rogatum est
Ego presbiter Roberttus Crispus interfui Ego Tadeus de
Amelino testis interfui Ego Angelus de notario Andrea
interfui

33

34

Così S per Marsico

Così S per Tora

Così S per Bonopari (da docc. coevi)

Così S per Madio (da docc. coevi)

Così S per Carruba (da docc. coevi)